

O Lord, hear my prayer:
And let my cry come unto Thee.

The Lord be with you:
And with thy spirit.

Let us pray. Enlighten, we beseech Thee, O Lord, our minds with the light of Thy brightness, that we may discern what is to be done, and be enabled to do what is right: through Christ our Lord.
Amen.

(Instruction)

Conclusion

Lord, have mercy on us.
Christ, have mercy on us.
Lord, have mercy on us.
(Our Father)

And lead us not into temptation:
But deliver us from evil. **Amen.**

Confirm, O God, the work Thou hast wrought in us,
From Thy holy temple, which is in Jerusalem.

O Lord, hear my prayer:
And let my cry come unto Thee.

The Lord be with you:
And with thy spirit.

Let us pray: Grant us, we beseech Thee, O Lord, the help of Thy grace, that with Thine aid we may accomplish what we know Thou hast appointed us to perform.

We give Thee thanks, almighty God, for all Thy benefits: Who livest and reignest world without end. **Amen.**

Let us pray for our benefactors.
Vouchsafe, O Lord, to reward with eternal life all who, for Thy name's sake, do us good. **Amen.**

Antiphon. If Thou, O Lord, wilt mark iniquities, Lord, who shall stand it?

Psalm 129

Out of the depths I have cried to Thee, O Lord; Lord, hear my voice.

Let Thine ears be attentive to the voice of my supplication.

If Thou, O Lord, wilt mark iniquities, Lord, who shall stand it?

For with Thee there is merciful forgiveness; and by reason of Thy law I have waited for Thee, O Lord.

My soul hath relied on His word; my soul hath hoped in the Lord.

From the morning watch even until night: let Israel hope in the Lord.

Because with the Lord there is mercy; and with Him plentiful redemption.

And He shall redeem Israel from all his iniquities. Eternal rest give to them, O Lord:
And let perpetual light shine upon them.

Antiphon. If Thou, O Lord, wilt mark iniquities, Lord, who shall stand it?

From the gates of hell,
Deliver their souls, O Lord.

O Lord, hear my prayer:
And let my cry come unto Thee.

The Lord be with you:
And with thy spirit.

Let us pray: O God, the giver of pardon and lover of human salvation, we beseech Thy clemency to grant that the brethren, relations and benefactors of our congregation who have passed from this world, may, by the intercession of the blessed Mary, ever Virgin, and of all Thy saints, attain to the fellowship of eternal beatitude.

O God, the Creator and Redeemer of all the faithful, grant to the souls of Thy servants departed the remission of all their sins; that through pious supplications they may obtain the pardon which they have always desired: Who livest and reignest world without end.

Amen.

Eternal rest give to them, O Lord:
And let perpetual light shine upon them.

May they rest in peace.
Amen.

PREPARATION FOR A GOOD CONFESSION

Prayer before Confession

O my God, I believe in Thee. O my God, I hope in Thee. O my God, I love Thee above all things—I adore Thee, here truly present with all the Angels and Saints.

O Holy Ghost, who didst come down upon the Apostles, come down upon me too at this all-important moment. Help me to make a good confession and to be reconciled to God.

And thou, O holy Mary, my sweet Mother, behold me here at thy feet, and obtain for me forgiveness from my God.

EXAMINATION OF CONSCIENCE

Duties to God

Confession: How long is it since my last confession? Did I leave out anything I ought to have confessed? Did I take time and care to make a good act of contrition? What resolution or promise did I make? And how did I keep it? Did I say my penance?

Communion: Did I neglect to receive Holy Communion through laziness or indifference? Did I make the usual acts before and after Communion with devotion? Did I receive with mortal sin upon my soul? Did I receive even though I had broken the fast?

Prayers: When I knelt down to pray did I remember that I was going to speak to God? and did I make at least a good start? Did I say my prayers in a hurry? or look about all the time? Have I said my prayers with willful distraction? Have I done anything to distract others at prayer? Have I laughed or talked in church?

Have I spoken with disrespect of God, or of the saints, or of holy things, or of persons consecrated to the Lord?

Duties to My Neighbor

Have I disobeyed my lawful superiors? have I provoked them? shown them disrespect in word or manner? Have I failed to do promptly what I was told, or been angry and answered back? Have I been obstinate or impertinent when told of my faults? Have I deceived my parents or teachers? Have I been very angry? or continued in a bad temper for a long time? Have I quarreled with

anyone? (Quarreling is different from a friendly argument which can be and often is good). Have I called people names or in other ways provoked or hurt them? Have I wished to harm anyone? Did I strike or injure anyone deliberately? Have I refused to forgive? Have I given bad example to anyone by word or conduct? Have I shared in any sin by proposing it, defending it, by keeping silence or in any other way?

Have I prevented others from studying, or in any way from doing what was their duty? Have I ridiculed others for doing good?

Have I stolen anything? or taken lost articles for mine without trying to find the owner? Have I cheated in lessons or examinations? Have I willfully destroyed or wasted or damaged things? My own things? Others' things? School's things? Have I paid back everything I owed?

Have I told lies? Have I told lies that were harmful to others (calumny)? Have I made known anyone's secret faults (detraction)? Have I spoken ill of my neighbor, or listened willingly to uncharitable conversations? Have I judged anyone rashly, that is, thought ill of him? Have I made others quarrel? done mischief by talebearing?

Note: If I have sinned by calumny, detraction or theft, I must repair the harm I have done as well as I can. If this cannot be done directly, I must ask my confessor's advice on how to do it in some other way.

Have I grieved my parents by failing to write to them? Do I pray for them often? Am I truly grateful to them for all they have done for me?

Duties to Myself

Have I done anything wrong, by thought, word or deed against purity or modesty? Have I caused others to do wrong?

Note 1: A bad thought that is not willful is not a sin; but not to try to put away the bad thought, to take pleasure in it, this is a sin.

Note 2: If you know of any seriously immodest or impure conduct or conversation carried on, you should at once make it known to those in authority. If you neglect to do this, you may become

answerable for such sins and their evil consequences.

Have I been vain of my abilities, my person or my clothes? Have I despised others? been jealous of them? vexed when they were praised?

Do I rise promptly in the morning, or am I lazy? Have I wasted my time which I should have devoted to study?

Have I made light, by words or conduct, of the means which are given me to prepare for the Holy Priesthood, especially the rules of the seminary?

Is there anything else I ought to confess, or anything on which I want advice?

What is my chief fault? Pride, disobedience, sloth, anger, lying or what? Am I trying seriously to overcome it?

What am I doing positively to grow in virtue? I must remember that the effort to grow in goodness is even more important than the battle to overcome evil. Every virtue acquired will bring with it numberless other improvements in my spiritual life. Have I thought in this way, positively, about my soul's salvation?

Notes

If you conceal a mortal sin in confession—or confess without true contrition and purpose of amendment—or are unwilling to break with all mortal sins and proximate occasions thereof—or refuse to forgive your enemies, to restore unjustly gotten property, to retract slanders injurious to your neighbor's good name, you receive the Sacrament unworthily and are guilty of a sacrilege.

If you are in doubt whether or not you have committed a sin, or whether the sinful action you did was done willfully, or when fully awake, etc., mention this fact to your confessor.

It is a very wise and good thing to seek out the same confessor regularly, so that he may be the better guide you.

It is essential to a good confession that the number of times a willful mortal sin was committed be stated. You must at least try to come as close as you can to the actual number.

FORMULA FOR CONFESSION

Bless me, Father, for I have sinned. It is

(days, weeks) since my last confession. Since then I have committed the following sins. (Here make your confession, stating exact number of times each sin was committed as nearly as you can remember.) I am sorry for these and for all the sins of my past life, especially the sins I have committed against (Commandment, Virtue, etc.)"

ACT OF CONTRITION

O my God, I am heartily sorry for having offended Thee and I detest all my sins, because I dread the loss of heaven and the pains of hell, but most of all because by them I have offended Thee, my God, who are infinitely good and deserving of all my love. I firmly resolve, with the help of Thy grace, to confess my sins, to do penance, and to amend my life. Amen.

SERVERS' PRAYERS

In nomine Patris, ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Introibo ad altare Dei.

Ad Deum qui laetificat juventutem meam.

Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et dolose erue me.

Quia tu es Deus, fortitudo mea:—quare me repulisti,—et quare tristis incedo,—dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei;—ad Deum qui laetificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo,—quoniam adhuc confitebor illi:—salutare vultus mei, et Deus meus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritu Sancto.

Sicut erat in principio,—et nunc, et semper,—et in saecula saeculorum. Amen.

Introibo ad altare Dei.

Ad Deum qui laetificat juventutem meam.

Adjutorium ✠, nostrum in nomine Domini.

Qui fecit coelum et terram.

Confiteor . . . orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur tui omnipotens Deus,—et dimissis peccatis tuis,—perducat te ad vitam aeternam.

Amen.

Confiteor Deo omnipotenti,—Beatae Mariae semper Virgini,—Beato Michaeli Archangelo,—Beato Joanni Baptistae,—Sanctis Apostolis Petro et Paulo, Beato patri nostro Francisco,—Omnibus Sanctis, et tibi, Pater, Quia peccavi nimis—cogitatione, verbo, et opere,—Mea culpa,—mea culpa,—mea maxima culpa.—Ideo precor beatam Mariam semper Virginem—Beatum Michaelum Archangelum—Beatum Joannem Baptistam,—Sanctos Apostolos Petrum et Paulum,—Beatum Patrem nostrum Franciscum,—Omnes Sanctos, et te, Pater,—Orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam aeternam. Amen.

Indulgentiam, ✠ absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Deus tu conversus vivificabis nos.

Et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

Et salutare tuum da nobis.

Domine, exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus . . . per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Lectio epistolae . . .

Deo gratias.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti evangelii secundum N.

Gloria ✠ tibi, Domine.

In illo tempore . . . (Priest kisses missal.)

Laus tibi, Christe.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Orate, fratres, etc.

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis,—ad laudem et gloriam nominis sui,—ad utilitatem quoque nostram—totiusque Ecclesiae suae sanctae. Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Oremus . . . Pater noster . . . Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo.

Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus . . . Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Ite, missa est (or Benedicamus Domino.)

Deo gratias.

(Requiescant in pace. Amen.)

Benedicat vos omnipotens Deus, ✠ Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Initium (sequentia) sancti evangelii secundum N.

Gloria tibi, Domine.

In principio . . . (Priest closes missal.)

Deo gratias.

SUNDAY COMPLINE

(All rise; the *chanters* intone:)

Jube, Domne, benedicere.

Noctem quietam, et finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens. **Amen.**

Fratres, Sobrii estote, et vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Tu autem, Domine, miserere nobis. **Deo gratias.**

Adjutorium ✠ nostrum in nomine Domini.

Qui fecit coelum et terram.

(Pater Noster)

Confiteor . . . orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur tui omnipotens Deus,—et dimissis peccatis tuis,—perducat te ad vitam aeternam. Amen.

Confiteor Deo omnipotenti,—Beatae Mariae semper Virgini,—Beato Michaeli Archangelo,—Beato Joanni Baptistae,—Sanctis Apostolis Petro et Paulo, Beato patri nostro Francisco,—Omnibus Sanctis, et tibi, Pater, Quia peccavi nimis—cogitatione, verbo, et opere,—Mea culpa,—mea culpa,—mea maxima culpa.—Ideo precor beatam Mariam semper Virginem—Beatum Michaelum Archangelum—Beatum Joannem Baptistam,—Sanctos Apostolos Petrum et Paulum,—Beatum Patrem nostrum Franciscum,—Omnes Sanctos, et te, Pater,—Orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam aeternam. Amen.

Indulgentiam, ✠ absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Converte ✠ nos, Deus salutaris noster. Et averte iram tuam a nobis.

Deus, ✠ in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; Sicut erat in principio, et nunc et Semper, et in saecula saecula.

lorum. Amen. Alleluia. (Laus tibi, Domine, Rex aeternae gloriae.)

Anthem. Miserere: (Alleluia)

Psalm 4

Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae, mea: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: * et exaudi orationem meam.

Filii hominum, usquequo gravi corde: * ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare: quae dicitis in cordibus vestris, * in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini et olei sui: * multiplicati sunt.

In pace in idipsum: * dormiam et requiescam.

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe: * constituisti me.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Psalm 90

Qui habitat in adjutorio Altissimi: * in protectione Dei coeli commorabitur.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, et refugium meum: * Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: * et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: * et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis a timore nocturno:

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: * ab incursu et daemone meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: * et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum: cum ipsum in tribulatione; * eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: * et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Psalm 133

Ecce nunc benedicite. Dominum: * omnes servi Domini:

Qui statis in domo Domini: * in atris domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta: * et benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion: * qui fecit coelum et terram.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

(All rise)

Anthem. Miserere mihi, Domine, et exaudi orationem meam. (Alleluia, Alleluia, Alleluia.)

Hymn

1. Te lucis—ante terminum,—Rerum Creator, poscimus:—Ut pro tua clementia,—Sis praesul et custodia.

2. Procul recedant somnia,—Et noctium phantasmata;—Hostemque nostrum comprime,—Ne pollutantur corpora.

3. Praesta, Pater plissime,—Patrique compar Unice,—Cum Spiritu Paraclito—Regnans per omne saeculum.

Amen.

(On feasts of the Blessed Mother.)

3. Jesu, tibi sit gloria,—Qui natus es de Virgine;—Cum Patre, et almo Spiritu,—In sempiterna saecula. Amen.

Chapter

Tu autem in nobis es, Domine, et Nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos, Domine Deus noster.

Deo gratias.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Redemisti nos, Domine, Deus veritatis.

Commendo spiritum meum.

Gloria Patri et Filio, * et Spiritui Sancto.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege nos.

(During Paschal Season)

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, Alleluia, Alleluia.

In manus tuas Domine, commendo spiritum meum, Alleluia, Alleluia.

Redemisti nos, Domine, Deus veritatis.

Alleluia, Alleluia.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, Alleluia, Alleluia.

Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi, Alleluia.

Sub umbra alarum tuarum protege nos, Alleluia.

Anthem. Salve nos: †

Nunc dimittis servum tuum, Domine: * secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: * salutare tuum:

Quod parasti: * ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem Gentium: * et gloriam plebis tuae Israel.

Gloria Patri et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Anthem. Salva nos, Domine, vigilantes, custodi nos dormientes: ut vigilemus cum Christo, et requiescamus in pace. (Alleluia).

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster. (Secreto usque ad).
Et ne nos inducas in tentationem:
Sed libera nos a malo.

Credo in Deum. (Secreto usque ad).
Carnis resurrectionem:
Vitam aeternam. Amen.

Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum:
Et laudabilis et gloriosus in saecula.
Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu:

Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.
Benedictus es, Domine, in firmamento coeli:
Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus:

Amen.
Dignare, Domine, nocte ista:
Sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine:

Miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos:
Quemadmodum speravimus in te.
Domine, exaudi orationem meam:
Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum:
Et cum spiritu tuo.

Oremus.
Visita quaesumus, Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum &c.

Dominus vobiscum:
Et cum spiritu tuo.
Benedicamus Domino:
Deo gratias.

Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus: † Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. **Amen.**

ANTHEMS OF THE BLESSED MOTHER

Salve, Regina.

(Trinity Sunday to Advent)

Salve, Regina, mater misericordiae; vita, dulcedo et spes nostra, salve.—Ad te clamamus exules filii Hevae.—Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle.—Eja ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte.—Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.—O Clemens,—O pia,—O dulcis Virgo Maria.

Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus: Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, praeparasti: da, ut cujus commemoratione laetamur; ejus pia intercessione, ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur: Per eundem Christum Dominum nostrum. **Amen.**

Alma Redemptoris Mater.

(Advent to the Purification)

Alma Redemptoris Mater, quae pervia coeli—Porta manes, et stella maris, succurre cadenti,—Surgere qui curat, populo: tu quae genuisti,—Natura mirante, tuum sanctum Genitorem,—Virgo prius ac posterius, Gabriellis ab ore—Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

(During Advent)
Angelus Domini nuntiavit Mariae,
Et concepit de Spiritu Sancto.

Oremus: Gratiam tuam, quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus; per passionem ejus et crucem, ad resurrectionis

gloriam perducamur: Per eundem Christum
Filium tuum. **Amen.**

(After Christmas)

Post partum, Virgo, inviolata permansisti.
Dei Genitrix, intercede pro nobis.

Oremus: Deus, qui salutis aeternae, beatæ Mariæ
virginitate foecunda, humano generi præmia præ-
stitisti: tribue, quaesumus; ut ipsam pro nobis
intercedere sentiamus, per quam meruimus auc-
torem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum
Christum Filium tuum. **Amen.**

Ave, Regina Coelorum.

(Purification to Holy Week)

Ave, Regina coelorum:—Ave, Domina Angelorum;
—Salve, radix, salve, porta,—Ex qua mundo Lux
est orta.—Gaude, Virgo gloriosa,—Super omnes,
speciosa:—Vale, O valde decora,—Et pro nobis
Christum exora.

Dignare me laudare te, Virgo sacrata:
Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oremus: Concede, misericors Deus, fragilitati
nostræ praesidium: ut, qui sanctæ Dei Genitricis
memoriam agimus; intercessionis ejus auxilio, a
nostris iniquitatibus resurgamus; Per eundem
Christum Dominum nostrum. **Amen.**

Regina Coeli

(Easter to Trinity Sunday)

Regina Coeli, laetare, alleluia:—Quia quem meru-
isti portare, alleluia,—Resurrexit sicut dixit, alle-
luia.—Ora pro nobis Deum, Alleluia.

Gaude et laetare, Virgo Maria, alleluia:
Quia surrexit Dominus vere, alleluia.

Oremus: Deus, qui per resurrectionem Filii tui,
Domini nostri Jesu Christi, mundum laetificare
dignatus es: præsta, quaesumus; ut per ejus
Genitricem Virginem Mariam, perpetuæ capiamus
gaudia vitæ: Per eundem Christum Dominum
nostrum. **Amen.**

(After the Anthem)

Divinum auxilium ✠ maneat semper nobiscum.
Amen.

(Our Father Hail Mary & Creed)

TENEBRAE

Maundy Thursday

At Matins.

First Nocturn.

Anthem. Zelus domus tuæ comedit me, et oppro-
bria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Psalm 68

Salvum me fac, Deus: * quoniam intraverunt
aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi: * et non est sub-
stantia.

Veni in altitudinem maris: * et tempestas demersit
me.

Laboravi clamans, raucae factæ sunt fauces meae:
* defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: * qui
oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei
injuste: * quæ non rapui, tunc exsolvebam.

Deus, tu scis insipientiam meam: * et delicta mea
a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me, qui expectant te, Domine:
* Domine virtutum.

Non confundantur super me; * qui quaerunt te,
Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: * operu-
it confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis: * et pere-
grinus filiis matris meae.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: * et op-
probia, exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jejuniis animam meam: * et factum
est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: * et factus
sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: *
et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te, Domine: * tem-
pus beneplaciti, Deus.

In multitudine misericordiae tuæ exaudi me: * in
veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * libera me ab
iis qui oderunt me, et de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absor-
beat me profundum; * neque urgeat super me
puteus os suum.

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua: * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam a puero tuo: * quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animae meae et libera eam: * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improprium meum, et confusionem meam: * et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: * improprium expectavit cor meum et miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, et non fuit: * et qui consolaretur, et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel: * et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: * et in retributiones, et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant: * et dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam: * et furor irae tuae comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: * et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: * et non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro viventium: * et cum justis non scribantur.

Ego sum pauper et dolens: * salus tua, Deus, suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico: * et magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo super vitulum novellum: * cornua producentem et ungulas.

Videant pauperes et laetentur: * quaerite Deum, et vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes Dominus: * et vincos suos non despexit.

Laudent illum coeli et terra: * mare, et omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion: * et aedificabuntur civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi: * et hereditate acquirant eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam: * et qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea.

Anthem. Zelus domus tuae comedit me, et opprobria, exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Anthem. Avertantur retrorsum et erubescant, qui cogitant mihi mala.

Psalm 69

Deus, in adjutorium meum intende: * Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur at reverentur: * qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et erubescant: * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescantes: * qui dicunt mihi, euge, euge.

Exsultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te: * et dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum: * Deus, adjuva me.

Adjutor meus et liberator meus es tu: * Domine, ne moreris.

Anthem. Avertantur retrorsum et erubescant, qui cogitant mihi mala.

Anthem. Deus meus, eripe me de manu peccatoris.

Psalm 70

In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum: * in justitia tua libera me, et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam: * et salva me.

Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum: * ut salvum me facias.

Quoniam firmamentum meum: * et refugium meum es tu.

Deus meus, eripe me de manu peccatoris: * et de manu contra legem agentis et iniqui.

Quoniam tu es patientia mea, Domine: * Domine, spes mea a juventute mea.

In te confirmatus sum ex utero: * de ventre matris meae tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: * tamquam prodigium factus sum multis, et tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: * tota die magnitudinem tuam.

Ne projicias me in tempore senectutis: * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: * et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum, Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini et comprehendite eum: * quia non est qui eripiat. Deus, ne elongeris a me: * Deus meus, in auxilium meum respice.

Confundantur et deficiant detrahentes animae meae: * operiantur confusione et pudore, qui quae-runt mala mihi.

Ego autem semper sperabo: * et adjiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit justitiam tuam: * tota die salutare tuum.

Quoniam nunc cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini: * Domine, memorabor justitiae tuae solius.

Deus, docuisti me a juventute mea: * et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam et senium: * Deus, ne derelinquas me.

Donec annuntiem brachium tuum: * generationi omni quae ventura est.

Potentiam tuam, et justitiam tuam, Deus, usque in altissima quae fecisti magna: * Deus, quis similis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas, et conversus vivificasti me: * et de abyssis terrae iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam: * et conversus consolatus es me.

Nam et ego confitebor tibi, in vasis psalmi veritatem tuam: * Deus, psallam tibi in cithara, Sanctus Israel.

Exsultabunt labia mea cum cantavero tibi: * et anima mea, quam redemisti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam: * cum confusi et reveriti fuerint, qui quae-runt mala mihi.

Anthem. Deus meus, eripe me de manu peccatoris.

Aventantur retrorsum et erubescant:
Qui cogitant mihi mala.

(*Pater Noster*)

Lesson 1

Incipit Lamentatio Jeremiae Prophetae

Aleph. Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: principes provinciarum facta est sub tributo.

Beth. Plorans ploravit in nocte. et lacrymae ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici.

Ghimel. Migravit Judas propter afflictionem, et multitudinem servitutis: habitavit inter gentes, nec invenit requiem: omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

Daleth. Viae Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portae ejus destructae; sacerdotes ejus gementes, virgines ejus squalidae, et ipsa oppressa amaritudine.

He. Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus: parvuli ejus ducti sunt in captivitatem, ante faciem tribulantis.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

In Monte Oliveti oravit ad Patrem, Pater: si fieri potest, transeat a me calix: * Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus &c.

Lesson 2

Vau. Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus; facti sunt principes ejus velut arietes non inventientes pascua, et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

Zain. Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suae, et praevaricationis omnium desiderabilium suorum, quae habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxiliator: viderunt eam hostes, et deriserunt Sab-bata ejus.

Heth. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus:

ipsa autem gemens conversa est retrorsum.

Teth. Sordes ejus in pedibus ejus: nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate mecum: nunc videbitis turbam quae circumdabit me: * Vos fugam capietis, et ego vadam immolari pro vobis.

Ecce appropinquat hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum: **Vos fugam capietis &c.**

Lesson 3

Jod. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus: quia vidit gentes ingressas Sanctuarium suum, de quibus praeceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

Caph. Omnis populus ejus gemens, et quaerens panem: dederunt pretiosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine, et considera, quoniam facta sum vilis.

Lamed. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiavit me, ut locutus est Dominus in die irae furoris sui.

Mem. De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudivit me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota moerore confectam.

Nun. Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolutae sunt et impositae collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu de qua non potero surgere.

Jerusalem, Jerusalem, converte ad Dominum Deum tuum.

Ecce vidimus cum non habentem speciem, neque decorem: aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra portavit et pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: * Cujus livore sanati sumus.

Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit: * **Cujus &c. Ecce &c.**

(The second and third Nocturns are omitted.)

LAUDS

(All rise)

Anthem. Justificeris, Domine, in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Psalm 50

Miserere mei, Deus: * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: * spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes,

et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Anthem. Justificeris, Domine, in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Anthem. Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est, et non aperuit os suum.

Psalm 89

Domine, refugium factus es nobis: * a generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis: * a saeculo et usque in saeculum, tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem: * et dixisti, convertimini, filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos: * tamquam dies hesternae quae praeteriit:

Et custodia in nocte: * quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat: * vespere decidat, induret et arescat.

Quia defecimus in ira tua: * in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: * saeculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt: * et in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni:

Si autem in potentatibus, octoginta anni: * et amplius eorum labor et dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo: * et corripiemur. Quis novit potestatem irae tuae: * et prae timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: * et eruditos corde in sapientia.

Convertere, Domine, usquequo? et deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: * et exultavimus et delectati sumus, omnibus diebus nostris.

Laetati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: * annis, quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos, et in opera tua: * et dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et

opera manuum nostrarum dirige super nos: * et opus manuum nostrarum dirige.

Anthem. Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est, et non aperuit os suum.

Anthem. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

Psalm 35

Dixit injustus ut delinquat in semetipso: * non est timor Dei ante oculos ejus.

Quoniam dolose egit in conspectu ejus: * ut inveniat iniquitatis ejus ad odium.

Verba oris ejus iniquitas, et dolus: * noluit intelligere ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo: * astitit omni viae non bonae, malitiam autem non odivit.

Domine, in coelo misericordia tua: * et veritas tua usque ad nubes.

Justitia tua sicut montes Dei: * judicia tua abyssus multa.

Homines et jumenta salvabis, Domine: * quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

Filii autem hominum: * in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuae: * et torrente voluptatis tuae potabis eos.

Quoniam apud te est fons vitae: * et in lumine tuo videbimus lumen.

Praetende misericordiam tuam scientibus te: * et justitiam tuam his, qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbiae: * manus peccatoris non moveat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: * expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Anthem. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

Anthem. Exhortatus es in virtute tua, et in refectione sancta tua, Domine.

Canticle

Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est: * equum et ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea et laus mea Dominus: * et factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum: * Deus patris

mei, et exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus: * currus Pharaonis, et exercitum ejus projecit in mare.

Electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro: * abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine; dextera tua, Domine, percussit inimicum: * et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos.

Misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam: * et in spiritu furoris tui, congregatae sunt aquae.

Stetit unda fluens: * congregatae sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Persequar, et comprehendam: * dividam spolia, implebitur anima mea.

Evaginabo gladium meum: * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare: * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus, Domine? Quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, et devoravit eos terra: * dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti:

Et portasti eum in fortitudine tua: * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi et irati sunt: * dolores obtinuerunt habitatores Philistinim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido et pavor: * in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, Domine: * donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuae: * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine:

Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuae: * Dominus regnabit in aeternum, et ultra.

Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus ejus in mare: * et reduxit super eos Dominus aquas maris.

Filii autem Israel ambulaverunt per siccum: * in medio ejus.

Anthem. Exhortatus es in virtute tua, et in refectione sancta tua, Domine.

Anthem. Oblatus est quia ipse voluit: et peccata nostra ipse portavit.

Psalm 146

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Aedificans Jerusalem Dominus: * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus: * et sapientiae ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: * humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione: * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit coelum nubibus: * et parat terrae pluviam.

Qui producit in montibus foenum: * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum: * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: * et in eis qui sperant super misericordia ejus.

Anthem. Oblatus est quia ipse voluit: et peccata nostra ipse portavit.

Homo pacis meae, in quo speravi:

Qui edebat panes meos, ampliavit adversum me supplantationem.

AT THE BENEDICTUS.

Anthem. Before the Benedictus.

Thursday. Traditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

Saturday. Mulieres sedentes ad monumentum lamentabantur, flentes Dominum.

The Cantic of Zacharias, Luke I.

Benedictus Dominus Deus Israel: * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae:

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: * qui a saeculo sunt Prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris: * et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum: * daturum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati: * serviamus illi:

In sanctitate et justitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis: * praebis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos Oriens ex alto:

Illuminare his qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

(The Antiphon is repeated.)

Thursday. Traditor autem dedit eis signum, dicens, Quem osculatus fuero, Ipse est, tenete Eum.

Saturday. Mulieres sedentes ad monumentum lamentabantur, flentes Dominum.

(Whilst the Anthem is repeated after the Benedictus, the white, or topmost, candle is taken from the triangular candlestick and hidden from view behind the Epistle side of the Altar, until the end of the Office.)

(What follows is said kneeling.)

(Maundy Thursday)

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

On Holy Saturday, to the preceding is added **Mortem autem Crucis.**

Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi Nomen quod est super omne nomen.

(The *Pater Noster* is then said, the whole in silence, and after it the Psalm *Miserere*, page 104, in a subdued voice.) (The following prayer is then said without the *Oremus*.)

Respice, quaesumus, Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium et Crucis subire tormentum. [Qui tecum vivit et regnat in unitate &c. is said inaudibly.]

(When at the end of *Lauds* in Holy Week, the Priest has finished inaudibly the preceding prayer, a noise is made, the lighted candle is brought from behind the Altar, and all rise and depart in silence.)



HOLY SATURDAY

At Matins.

The First Nocturn.

Anthem. In pace in idipsum dormiam et requiescam.

Psalm 4

Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae meae: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: * et exaudi orationem meam.

Filli hominum, usquequo gravi corde: * ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare: * quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini et olei sui: * multiplicati sunt.

In pace in idipsum: * dormiam et requiescam.

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe: * constituisti me.

Anthem. In pace in idipsum dormiam et requiescam.

Anthem. Habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo.